



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 78. Mors Cardinalis Copis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

nonici quam civilis materias, inter celebriores hujus ævi Jurisconsultos haud immerito referendus. Interfuit comitiis Pontificiis, in quibus renunciati sunt Romani Pontifices Pius III, & Julius II. Porro in exequiis laudatorem habuit Camillum Porcarium.

§. LXXVIII.

Mors Cardinalis Copis.

Hujus Purpurati obitum præcessit Melchior Copis itidem Cardinalis, qui Romæ secunda Martii extremum diem clausit. Natus erat in Austria, Parente Casparo Mekano, Maximiliani I. Imperatoris Consiliario, cujus præclara merita, ut in Filio remuneraretur Cæsar, Melchioren ad Brixientem Episcopatum nominavit, eundem vero Alexander VI. Anno Salutis millesimo quingentesimo tertio ad Maximiliani preces purpura insignivit. Vir erat toto vitæ suæ tempore in muneris sui ratione ex asse adimplenda assiduus, ac propterea sub Julio II. Romæ summo in honore habitus, demum in Ecclesia S. Mariæ de Ara Coeli sepultus est.

§. LXXIX.